

Caesar, de bello Gallico, I, 16

- 1 Interim cotidie Caesar Haeduos frumentum,
2 qod essent publice polliciti,
3 flagitare.
4 Nam propter frigora,
5 quod Gallia sub septentrionibus posita est,
6 non modo frumenta in agris matura non erant,
7 sed ne pabuli quidem satis magna copia suppetebat.
8 Eo autem frumento,
9 quod flumine Arari navibus subvexerat,
10 propterea minus uti poterat,
11 quod iter ab Arari Helvetii averterant,
12 a quibus discedere nolebat.
13 Diem ex die ducere Haedui:
14 conferri, comportari, adesse
15 dicere.
16 Ubi
17 se diutius duci
18 intellexit
19 et diem instare
20 quo die frumentum militibus metiri oppoteret,
21 convocatis eorum principibus,
22 quorum magnam copiam in castris habebat,
23 - in his Diviciaco et Lisco,
24 qui summo magistratui praeerat,
25 quem vergobretum appellant Haedui,
26 qui creatur annuus et vitae necisque in suos habet potestatem -,
27 graviter eos accusat,

Caesar, de bello Gallico, I,16 (Fortsetzung)

28 quod,
29 cum (frumentum) neque emi neque ex agris sumi posset,
30 tam necessario tempore,
31 tam propinquis hostibus
32 ab iis non sublevetur,
33 praesertim cum
34 magna ex parte eorum precibus adductus
35 bellum suscepit.
36 Multo etiam gravius,
37 quod sit destitutus,
38 queritur.

Übersetzungshilfe: Übersetze den abl.abs in Zeile 21 durch Beiordnung, d.h. mache aus den Elementen des abl.abs. einen **Hauptsatz** (du kannst das Prädikat **aktiv** und auf Caesar bezogen übersetzen) und verbinde ihn später mit dem eigentlichen Hauptsatz in Zeile 27.